

## **Jus Canonicum Practice Explicatum, Seu Decisiones Casuum**

Ad Singulos Decretalium Gregorii Papæ IX. Titulos, & ad consuetum Referendi modum accommodatæ. Opus Novum

Complectens alteram Decretalium medietatem, videlicet nonaginta duos Titulos, à Titulo XX. libri III. de Feudis usque ad finem

**Pichler, Vitus**

**Ingolstadii, 1734**

Decisio CXXXIII. De filio, nato ex patre Christiano, at ex matre Turcissa captiva.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62204](#)



# TITULUS X.

De Natis ex libero ventre.

## DECISIO CXXXIII.

De filio ex patre Christiano, at ex ma-  
tre Turcissa captiva, nato.

### *SPECIES FACTI.*

**I**N penultimo bello Turcico, post liberatam ab obsidione ad extremum deducta feliciter Viennam, plurimi Turcæ utriusque sexus capti in varias Germaniæ partes, maximè in Bavariam, ad augendum triumphum glorioissimi Viatoris Maximiliani Emmanuelis Electoris Bayariæ, abducti sunt. Contigit autem, ut miles

Christianus per fornicationem filium ex tali Turcissa gigneret, quem mater, licet ipsa in infidelitate adhuc persisteret, baptizari permettere debuit: quod tum prolinomen fuerit inditum, ignoro, interim placet eam vocare Ismaëlem. Iste Ismaël fuit Christiane educatus, & opificio addiscendo applicatus, quod postea per aliquos annos lau-

dab  
art  
ind  
ur fi  
gia  
quo  
terv  
pri  
con  
tis p  
fuit l  
seu l  
cum  
card  
§. 2.  
on a  
matr  
con  
ne  
tion  
la be  
servi

dabiliiter exercuit. Cum aliquando cum aliis ejusdem & diversæ artis socijs in hospitio liberalius indulgeret genio , potu incalescens, ut sit apud ejusmodi homines, in iuria prolapsus est cum alio , à quo per contemptum appellatus est servus, ein Scaly , ein Leigeigner : quo dicitur velut gravi iuria ex-

cerbatus ad verbora se accinxit, sed ab aliis retractus postero die competentem apud legitimum Judicem sibi pro illata contumelia satisfactionem praetulit.

✿ (o) ✿

### QUÆSTIO.

An Ismaël sit, ac proin sine iuria appellari potuerit servus?

Videri fors alicui posset, quod sic ; nam certum est in Jure, quod natus ex ancilla, seu serva proprie dicta, si mater nec tempore conceptionis nec tempore nativitatis prolis, nec tempore intermedio fuit libera , licet pater sit ingenuus seu liber, sit conditionis servilis , cum in hoc puncto partus sequatur ventrem juxta receptum brachiculum. pr. Instit. de ingenuis, l. 5. §. 2, 3, ff, de statu hom. c. fin, de serv. non ordin. Sed Ismaël natus est ex matre ancilla , quæ nec tempore conceptæ nec tempore natæ prolis, nec intermedio fuit liberæ conditionis ; nam infideles à Christianis in bello justo capti vere & propriè servi & ancillæ sunt Christianorum

jure Talionis , quamdiu capti in infidelitate perseverant.

Verum iste discursus probat quidem, Ismaëlem natum esse servum, seu conditione servili affectum , minimè tamen probat, eundem adhuc servum esse , & talem sine iuria appellari posse ; quamprimum enim baptisma suscepit, & sic Christianus effectus , libertatem est consecutus abolitâ omnî servitutis notâ, ut docet omnium sententia, & universalis praxis, fundata in honore & memoria libertatis filiorum Dei, qua Christus omnes , quibus per Sacramentum baptismi applicantur merita ipsius, ac aperitus ianua in Ecclesiam DEI, in distinctè donavit.

Ecc 3 TI-